8.56.A.8 3

THEOLOGIÆ
ETHICO-THOMISTICÆ
EPITOMA

Ex Opere Magno

P. PHILIPPI MARIÆ GROSSI

Ordinis Prædicatorum

Ad commodiorem Confeſſariorum vſum per Caſus concinnata.

TOMVS TERTIVS.

VENETIIS, M. DCC.

Typis Dominici Loviſæ.

Superiorum Permiſſu, & Priuilegio.

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS DECIMVS SEXTVS.

De Primatu Eccleſiæ, ſcilicet Summo Pontifice.

Continet Art. 10. q. 1. D Tho. in 2. 2. (q. 3. diſt. 24. in 4. ſent.) & cap. 64. vſque ad 69. & 70 opuſc. prim. & cap. 76 contrà Gent. lib. 4.

QVÆSTIO I.

De exiſtentia Summi Pontificis in Eccleſia Dei.

Correſpondet q. 3. d. 24. D. Tho. in 4. ſent. & cap. 67. opuſc. 1.

ARTICVLVS I.

Vtrum neceſſarium fuerit inſtituere in Eccleſia Dei vnum ſupremum caput?

Neceſſitas ſupremi capitis in Eccleſia.

Tale fuit Diuus Petrus.

Reſp. SIc: & hoc fuit D. Petrus à Chriſto Domino præomnibus alijs Apoſtolis ſuper totam Eccleſiam Conſtitutus. pag. 3.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 24. quæſt. 3. art. 2. quæſtiunc. 3. & 4. cont. Gent. c. 76.

ARTICVLVS II.

Vtrum auctoritas, quam dedit Chriſtus Petro ſit etiam in Summo Pontifice prò tempore exiſtente?

Eandem poteſtatem Vicariatus Chriſti, habent omnes Summi Pōtifices, ac habuit Petrus.

Reſp. SIc: vndè Pontifex ſuccedit D. Petro in ea perfectione poteſtatis, & dignitate Vicariatus Chriſti, quam Petrus à Domino accepit. pag. 6.

D. Tho. opuſc. prim. c. 67. ad lit.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

De auctoritate Pontificis comparatiuè ad Concilium.

Correſpondet art. 10. *q.* 1. *D. Th. in* 2. 2.

ARTICVLVS I.

Quid ſit Concilium, & à quo ſuam habeat auctoritatem.

COncilium, prout in præſenti, eſt congregatio multorum ſimul conuenientium ad aliquid pertractandum de rebus fide. *In quo conſiſtat Concilium.*

Non ſolum ad Summum Pontificem ſpectat ipſum congregare; ſed vlteriùs omnem auctoritatem, quam habet, eſt à ſolo Summo Pontifice. pag. 7. *Ad quem ſpectet illud congregare, & à quo habeat auctoritatẽ.*

D. Tho. 2. 2. q. 1. art. 10. in corp. & ad 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum Concilium habeat auctoritatem ſuprà Papam, an potiùs Papa ſupra Concilium?

Papa eſt ſupra Concilium.

Reſp. CONcilium Generale etiam legitimè congregatum non habet auctoritatem ſuprà Papam; ſed potiùs Papa habet auctoritatem ſuprà Concilium. pag. 8.

D. Tho. opus 1. cap. 69.

ARTICVLVS III.

Vtrum detur aliquis caſus, in quo Papa ſubÿciatur Concilio?

Quandonã Papa ſubijciatur Concilio quoad poteſtatem miniſterialem.

Reſp. SIc: in caſu hæreſis: hæc tamen eſt poteſtas miniſterialis ad ipſum deponendum, quæ nullam importat ſuperioritatem in Papa. pag. 13.

D. Antonin. 3. p. tit. 12. cap. 4. §. 3. Palud. Caiet. &c.

AR-

ARTICVLVS Quartus.

Vtrum mortuo, vel amoto Pontifice tanta ſit auctoritas in Concilio, quanta erat in Pontifice?

Reſp. NOn: nec in determinandis rebus fidei, nec in Condendis legibus prò tota Eccleſia. *Quæ ſit Poteſtas Concilii Pontifice defunſto.*

D. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 2. §. 6. Caiet. &c.

Vndè poteſtas Concilij mortuo, vel amoto Papa, eſt poteſtas ellectiua noui Pontificis, ſeu deſignatiua talis perſonæ, cui poſteà Chriſtus dat Papatum.

Quod ſi eo tempore inſurgant errores debet Concilium determinare iuxtà decreta Pontificum prædeceſſorum: quod ſi de hoc nullum ſit decretum; & Concilium novum efformet, hoc non obligat, niſi adveniente novi Pontificis confirmatione.

Videatur opus. pag. 15.

QVÆSTIO III.

De Poteſtate Spirituali Pontificis.

Correſpondet cap. 64. 65. 66.68. *op.* 1. *D. Tho. &c.*

ARTICVLVS I.

Vtrum Pontifex debeat dici Epiſcopus Vniuerſalis Eccleſiæ.

Papa eſt Epiſcopus Vniuerſalis Eccleſiæ.

Reſp. SIc: & hoc modo eum nominarunt Concilia, & SS. Patres. pag. 15.

D. Tho. opuſc. 1. cap. 64. 65.

AR-

ARTICVLVS II.

Vtrum à Summo Pontifice immediatè deriuetur poteſtas Epiſcoporum?

Quænam Epiſcoporũ poteſtas immediatè deriuet à Papa.

Reſp. SIc: loquendo de poteſtate Iuriſdictionis. pag. 17.

D.Tho. 4. ſent. d.24. quæſt.3. art.2. quæſtiuncula 3. in corp.

ARTICVLVS III.

Vtrum Pontifex in definiendis rebus fidei poſſit errare?

Papa, vt Chriſti Vicarius, non poteſt errare in rebus Fidei.

Reſp. NOn: vt caput Eccleſiæ, & Chriſti Vicarius. p.19.

D. Tho. opuſc.1. cap.68. & 2.2.q.1. art.10.

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

Vtrum Pontifex in condendis legibus poſſit errare?

Neque in condendis legibus pro tota Eccleſia.

Reſp. NOn: loquendo de legibus communibus prò tota Eccleſia.

D.Tho. op.1. cap.68. & 2.2. quæſt.1. art.10.

ARTICVLVS V.

Vtrum Pontifex in Canonizatione Sanctorum poſſit errare?

Neque in canonizatione Sanctorum.

Reſp. NOn: quia eſt lex toti Eccleſiæ intimata. p.23.

D.Tho. quodlib. 9. art. 16. in corp. & 2.2. q.11. art.2. ad 3. &c.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS VI.

Vtrum ſit de fide immediatè tenendum Sanctum ritè canonizatum eſſe verè Sanctum, & in Cælo regnare?

Reſp. NOn: quia non continetur in verbo ſcripto, vel tradito. pag.24.
D.Tho. quodlib.9. art.16.(2.2.q.11. art.2. ad 3.)4. cont. Gent. c. 76.

De fide non eſt immediatè tenendũ, Sãctum ritè canonizatum eſſe verè Sanctum, & in cælo regnare.

ARTICVLVS VII.

Vtrum in voto ſolemni continentiæ ſemel à Monaco emiſſo poſſit Papa diſpenſare?

DVplex ſententia: vna affirmans, & eſt probabilis.
Altera negans, & eſt probabilior expreſſa D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 11. in corp. Videatur opus pag.26.

Papã diſpẽſare nõ poſſe in voto ſolemni cõtinentiæ eſt probabile.

QVÆSTIO IV.

De Dominio Temporali Pontificis.

ARTICVLVS I.

An, & ſuprà quæ Pontifex habeat Dominium directum in temporalibus?

Papa ſuprà quæ in temporalibus habeat dominium directum.

Reſp. QVod in univerſali patrimonio Eccleſiæ habet Dominium temporale directum, ſicut habent reges in proprijs regnis. pag. 28.

D. Tho. 4. ſent. d. 25. q. 3. a. 3. ad 2. & D. Antonin. 3. p. tit. 22. cap. 5. §. 16. & 17. &c.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Vtrum Pontifex habeat dominium indirectum ſuprà bona omnium Principum ſæcularium?

Reſp. SIc: quia eſt Paſtor, & caput illorum. pag. 29.

Suprà bona Principum ſæcularium habet dominium indirectum.

D. Tho. in fin. 2. ſent. & 2. 2. q. 40. art. 2.

QVÆ

QVÆSTIO Vltima.

De electione Pontificis.

ARTICVLVS I.

An conuenientiùs Pontifex inſtituatur per electionem, vel per ſucceſſionem?

Papa non ſuccedat, ſed eligatur

Reſp. PEr electionem; quia per hanc Perſona Papæ poteſt inveniri melior, & aptior. p.31. Caiet. Turrecrem. &c.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Anſtatim ac Cardinales eligunt aliquem in Papam, dent illi Papatum?

Reſp. NOn: ſed datur illi à Chriſto per Eccleſiæ acceptationem. pag. 32.

Cardinales eligunt, ſed Chriſtus dat Papatum.

Mag. Ferre tom. 1. tract. de fide q. 14. §. 4. &c.

ARTICVLVS Vltimus.

Vtrum ſit de fide immediatè tenendum Pontificem prò tempore Regnantem eſſe verum Pontificem, & legitimum Petri ſucceſſorem?

Reſp. SIc: & modo hoc eſt ità certum, vt nullus audeat aſſerere contrarium. pag. 33.

Quomodo ſit certum Pontificem pro tempore eſſe verùm Petri ſucceſſorem.

Nugno, Io: à S. Tho. Mag. Ferre &c.

TRA-

TRACTATVS
DECIMVS SEPTIMVS.
De Præceptis Eccleſiæ.

PRæceptum Eccleſiæ obligat, ac præceptum diuinum.
D. Tho. 4. ſent. d.40. art.4. ad 1.

QVÆSTIO I.
De primo Præcepto Eccleſiæ.

Quot & qualia ſint præcepta Eccleſiæ.

SEx ſunt præcepta Eccleſiæ. Primum auditio Miſſæ quolibet die feſto. 2. Ieiunium certis, & ab Eccleſia ſtatutis diebus obſeruandum. 3. abſtinentia à carnibus in diebus Veneris, & Sabbati. 4. Confeſſio ſemel in anno, & communio ſaltem in Paſchate. 5. Non celebratio Nuptiarum temporibus ab Eccleſia prohibitis; & 6. Decimarum ſolutio. Hic de primo.

AR-

ARTICVLVS I.

Quid per hoc primum præceptum nobis iniungat Eccleſia?

Reſp. INiungere cuicumque diſcreto Miſſam integram die feſt audire, niſi iuſta cauſa impediatur. Ità ex c. Miſſas, & c. omnes fideles de conſec. diſt. 1. p. 36.

Quinam, & quando teneantur audire ſacrũ.

ARTICVLVS II.

Quid intelligatur, quandò dicitur, quod quis integram Miſſam audire tenetur in die feſto?

Reſp. INtelligi auditionem totius Miſſæ, ideſt aliqua notabili parte non deficientis. Ità ex c. Miſſas de Conſec. diſt. 1. ibi: totas &c.

Quid ſibi velit integram Miſſam audire in die feſto.

Vndè qui duas eius partes, immò quatuor ſimul à diverſis celebrantibus audiret, huic præcepto non ſatisfaceret. Ex prop. dam. ab Innoc. XI. n. 53.

Quid de audiente Miſſam quoad diuerſas partes à diuerſis ſimul.

Eum verò, qui duas medietates non ſimul, ſed ſucceſſiuè à diuerſis cele-

Quid de audiente Miſſam quo ad diuerſas partes & à diuerſis ſacricolis ſucceſſiuè.

celebrantibus audiret, ſatisfacere hoc præcepto, probabile eſt.

Tutius tamen, & longè ſemper meliùs eſt Miſſam integram ab vnico Sacerdote audire: vndè ille, qui abſque legitima cauſa partes ſic miſſæ ſucceſſiuè à pluribus Sacerdotibus audiret, peccaret ſaltem venialiter.

Videatur op. pag. 78.

ARTICVLVS III.

In quo plura dubia reſoluuntur hanc materiam concernentia.

Vbi nam poſſit audiri ſacrum.

SEcluſo contemptu poteſt quis in in qualibet Eccleſia audiendo Miſſam huic præcepto ſatisfacere. D. Antonin. 2. p. tit. 9. cap. 10.

Quænam attentio ad Miſſam ſufficiat.

Sufficit ad ipſam audiendam attentio virtualis; vndè, qui præces, vel publicas, vel priuatas infrà Miſſam recitaret, ſi hæ totaliter ipſum ab auditione ſacri diſtraherent, certè non ſatisfaceret; ſecùs tamen ſi tales præces ità recitaret, vt ambo ſimul attendere poſſet. pag. 39.

Quomodo recitatio precum tempore Miſſæ impediat impletionẽ huius præcepti.

Nauar. in Man. cap. 21. n. 8.

Caſus

Caſus I.

Tiburtius Sacerdos non valens celebrare miſſam die feſto, eodem tempore, quo audit ſacrum recitat etiam horas canonicas.

Caſus De Sacerdote non celebrante die feſto, & horas Canonicas tempore miſſæ recitante.

Quæres an ſatisfaciat vtrique præcepto?

Reſp. affirmatiuè; dummodò has recitet tempore, quo Sacerdos dicit ſecreta, & totaliter non diſtrahatur ab auditione ſacri: cum enim reſpiciant idem obiectum, poterunt optimè eodem tempore ad ipſum dirigi; ac per conſequens vtrique præcepto ſatisfieri. Videatur Nauar. in Enchirid. de orat. cap. 19. num. 179.

II.

Thomas, & Vliſſes in magno populi concurſu audientes ſacrum die feſto extrà Eccleſiam commorantur, etiam ſimul colloquentes &c.

Caſus De duobus qui in die feſto audiũt miſsam ſed extra Eccleſiam ex magno concurſu, & ſimul colloquentes.

Quæritur, an ſatisfaciant præcepto?

Reſp. negatiuè; licet enim quælibet præſentia corporalis ſufficiat in caſu neceſſitatis ad audiendum ſacrum, requiritur tamen ſemper attentio ſaltem virtualis, genuflectendo, ſurgendo, & orando ſimul cum Sacerdote; quod cum non faciant poſiti in

caſu

Digitized by Google

caſu extrà Eccleſiam colloquentes ; certè non ſaisfaciunt præcepto.

Angel. verb. feria §. 14. Sylveſt. verb. Miſſa 2. quæſt. 6. Caiet. &c.

pag. 39.

Quid dicẽdum de Dominis impedientibus ſeruos audire ſacrum, & de ſeruis ſic non audientibus.

Domini ſervos, aut filios impedientes, nè accedant ad Eccleſiam ad audiendum ſacrum in die feſto ; peccant mortaliter, cap. duo 23. q. 4. & cap. fin. de iniur. Ipſi tamen ſerui, aut filij excuſantur.

Plura videas in op. pag. 39.

QVÆ.

Digitized by Google

QVÆSTIO II.

De ſecundò præcepto Eccleſiæ.

Correſpondet q.147. D. Tho. in 2.2.

ARTICVLVS I.

Quid per hoc præceptum nomine Ieiunij nobis iniungatur?

Quęnam abſolutè prohibeantur in diebus ieiunii, & ſub qua pena.

Reſp. PEr hoc præceptum abſolutè prohibentur carnes, in quibuslibet diebus ieiunii, vndè in ipſis non poſſunt comedi ſinè peccato mortali; oua verò, & lacticinia ſolum à iure prohibentur nobis in Quadrageſima; in cæteris verò diebus ieiunij ſolum ex conſuetudine, in qua optimè diſpenſat neceſſitas, quæ non habet legem; atque adheò facit licitum, quod alias eſſet illicitum, neque adſtringit, vbi de facto, ſeruari non poteſt, c. quod non eſt, de reg. iur. in 6. & c.2. de obſeru. ieiun. & c. diſcipulo de conſecr. diſt. 5. D.Tho. 2.2. q.147. art.8. in corp. & ad 3. pag. 41. 42.

Quænam à iure in quadrageſima; & ex cõſuetudine tantùm extrà Quadrageſimam.

Ca-

Caſus.

Caſus De legitimè diſpenſato, vt comedat carnes in quadrageſima.

Pomponius habens iecur inflamatum, & ideò ſcabiem in corpore periculoſam diſpenſatur ab Eccleſia de conſilio Medicorum, vt carnes comedat in quadrageſima.

Quæritur an adhuc cenſeatur diſpenſatus à ieiunando?

Reſp. affirmatiuè: quia diſpenſatus in maiori cenſetur adhuc diſpenſatus in minori, præcipuè quandò minùs eſſentialiter dependet à maiori, c. per tuas de arbit. Cùm autem hoc ſit in caſu, ſequitur &c.

Caſus De eo, qui ſolùm diſpēſatur, vt comedat oua, & lacticinia.

Sed quid ſi ſit tantum diſpenſatus, vt oua comedat, & lacticinia cenſebitur nè tunc etiam diſpenſatus à ieiunio?

Reſp. negatinè: quia hæc non deſtruunt eſſentiam ieiunij; vndè Pius Quintus in Bulla Cruciat. apertè dicit, quod Ieiunium ſtat cum ouis, & Lacticinijs &c. D. Tho. 2. 2. quæſt. 147. art. 8. ad 3.

Caſus De eo, qui diſpenſatus ad oua, & carnes, adhuc piſces comedit.

Quid denique ſi ſic diſpenſatus ad comedendas carnes, & oua, comedat piſces peccabit ne?

Reſp. non peccare contrà hoc præceptum, quia priuilegium non tollit illud, quod alias eſt licitum. Poterit tamen peccare ex alio capite

ſite putà ex Gula, vel ex graui corporis detrimento &c.

Videatur opus. pag.42.

ARTICVLVS II.

Vtrum de eſſentia Ieiunii ſit vnica commeſtio?

Vnica tantùm commeſtio eſt de eſſentia Ieiunii.

Reſp. SIc, tamquam aliquod eſſentiale in illo. D. Tho. 2. 2. q. 147. art. 6.

Per quid differant ieiunium naturale & Eccleſiaſticum.

Per quod tamen non infertur, quod per ſumptionem cuiuſcumque rei frangatur ieiunium; hæc eſt enim differentia inter ieiunium naturale, & Eccleſiaſticum. Vndè

Ieiunium Eccleſiaſticum nō tollitur in his quinque; cũ adhuc unica ſolùm comeſtio ſeruetur.

Primò, qui ſumeret aliquid per modum medicinæ non frangeret ieiunium. D. Tho. 2. 2. q. 147. art. 6. ad 3.

Secundò, qui rogatus ab amico ſumeret vrbanitatis gratia quid modicum non violaret ieiunium. Ità com. omnes DD.

Tertiò, inſeruientes infirmis, ſiuè alijs poſſunt perguſtare cibos, quos prò dominis parant; Ità commun. omnes DD.

Quartò, licet aliquid bibere ſiuè acquam, ſiuè vinum, ſiuè ceruiſa &c. D. Tho. 4. ſent. diſt. 15. quæſt. 3. art. 4. quæſtiuncula ad 1. Dummodò tamen

non

non ſit immoderatus potus; tunc enim quis peccabit, & meritum ieiunij perdet. D.Tho. 2.2. q.147. art. 6. ad 2.

Quintò, qui aliquid ſummit per modum ſerotinæ refectionis non peccat, ex conſuetudine Eccleſiæ permittentis. Dummodò tamen ſit refectio, & non commeſtio; & hoc ſecundum cuiuſque complexionem; in hoc enim regula generalis non poteſt dari.

Solum aduertatur, quod iſta refectio eſt introducta non tamquam corporis nutrimentum, ſed veluti antidotum ſtomaci; & ideò debet eſſe in parua quantitate.

Sicuti etiam de cibis, quæ potiùs nomine fructuum gaudent; hæc enim ad reficiendum videntur ſufficientia.

Videantur de his pulchra in opere pag.43.44.

ARTICVLVS III.

Quinam ſint, qui ieiunare tenentur?

Reſp. QVod omnes ieiunare tenentur; exceptis pueris, qui nondum vigeſimum primum ætatis annum compleuerunt: Senibus, qui ad ſexageſimum aunum peruenerunt, infirmis, & illis, qui incompoſſibilia faciunt cum ieiunio, dummodò tamen hæc faciant ex neceſſitate, vel ex charitate, vt maius bonum habeatur.

Quinam teneantur ieiunare, & quinam à ieiunio excuſentur.

D. Tho. 2. 2. q. 147. art. 4. in corp. & ad 2. & ad 3.

Videantur omnes caſus circà hæc in op. pag. 45. 46.

ARTICVLVS IV.

Quinam ſint, qui in ieiunio poſſunt diſpenſare?

Quis poſſit etiam ſine legitima cauſa diſpenſare à ieiunio?

Reſp. PRimò Papa; qui taliter poteſt diſpenſare à ieiunio hoc, vel illo die ex præcepto Eccleſiæ obſervando, vt ſi etiam hoc faciat abſque legitima cauſa, diſpenſatio teneret. Peccabit tamen Pontifex ſic diſpenſans.

Ex D. Tho. p.2. q.97. art. 4. in corp.

Quinam poſſint diſpenſare tantùm ex rationabili cauſa.

Secundò, Epiſcopi, & omnes alij Prælati iuriſdictionem ſpiritualem habentes poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis ex legitima cauſa.

Tertiò, etiam Parochi, quandò non adeſt recurſus ad maiores Prælatos hoc facere poſſunt ex rationabili cauſa.

Ad quos ſpectet præcisè atteſtari cauſā legitimā ad diſpenſandum à ieiunio.

Medici non diſpenſant, ſed ſolum atteſtantur adeſſe cauſam legitimam, qua ſic detentus non tenetur ieiunare; quod etiam in abſentia medicorum poteſt facere Confeſſarius, & quilibet alius vir prudens.

Videatur opus. pag.48.49.

QVÆ-

QVÆSTIO III.

De Tertio Eccleſiæ Præcepto.

ARTICVLVS Vnicus.

In quo omnia, quæ hoc præceptum concernunt, breviter explicantur?

DAtur præceptum Eccleſiæ de abſtinentia à carnibus certis, & determinatis diebus, c. denique d. 4. *Dies in quibus eſus carnium interdicitur.*

Huiuſmodi autem dies ſunt. Primò, dies Veneris, & Sabbati. Secundò, dies quadrageſimæ. Tertiò, omnes Vigiliæ ab Eccleſia præceptæ. Et quartò, dies quatuor temporum.

Hoc præceptum, cum ſit negatiuum obligat ſemper, & ad ſemper; niſi adſit legitima cauſa, vel diſpenſatio interueniat. *Quomodo obliget hoc præceptum.*

Obligat omnes illos, qui habent vſum rationis; vndè qui hoc violaret *Quoſnam obliget?*

abſque legitima cauſa non ſolum peccaret mortaliter, ſed vlteriùs eſſet de hæreſi ſuſpectus; & quidem vehementer, ſi hoc pluries faceret, & admonitus corrigi nollet.

Videatur opus. p.49.50.

Quid ſit dicendum de Piſce Pontico, vulgò, Lodria.

Num comeſtio Pontici piſcis vulgariter Lodria frangat hoc præceptum, ſpectat ad Medicos determinare; adhuc enim lis eſt, num ſit piſcis, vel caro. Qui autem de hoc manducaret abſque neceſſitate vtique peccaret, cum ſe exponeret periculo comedendi carnem.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO IV.

De quarto Eccleſiæ Præcepto?

ARTICVLVS I.

Quid in hoc præcepto prout concernit annuam Confeſſionem nobis iniungatur.

Definitio Confeſſionis Sacramentalis.

COnfeſſio ſacramentalis definitur, legitima accuſatio de proprijs peccatis facta in foro ſpirituali, & ſecreto ſacerdoti ad obtinendam remiſſionem peccatorum per abſolutionem formalem, & ſacramentalem. D. Tho. 4. ſent. d. 17. q. 3. art. 2. ad lit.

Quotuplex de ea præceptum?

De ipſa datur duplex præceptum; vnum diuinum: Io. cap. 20. aliud Eccleſiaſticum: in c. omnis vtriuſque ſexus &c. de pœnit. & remiſs. Conc. Trident. ſeſs. 14. cap. 5. can. 3. & 8.

Licet de iure diuino nullum ſit præfinitum tempus adhoc præceptum prout diuinum, implendum, tamen adhuc multi ſunt caſus, in quibus illud quis tenetur implere, &

Caſus in quibus præceptum confeſſionis vt diuinũ obligat de per ſe.

Primò, dum inſtat periculum mortis; ut eſt probabile Naufraggium, imminens prælium, gravis, & acuta febris, cap. cum infirmit. de pœnit. & rem.

Secundò, tempus pariendi in muliere, aut quæ nunquam peperit, aut alias experta eſt partus difficiles, l. 2. §. ſi non oportet, ff. ſi quis cautio.

Et hæc obligant de per ſe. De per accidens verò alij aſſignari poſſunt. Et

Caſus in quibus obligat de per accidens.

Primò, quandò ſumendum eſt Euchariſtię ſacramentum, ſuppoſito quod habeatur conſcientia rea peccati mortalis, & detur copia confeſſarij, nec non comoditas confitendi. Conc. Trid. ſeſs. 13. cap. 7. & can. 11.

Secundò, quandò quis accedit ad quodlibet aliud ſacramẽtum ſuſcipiendum ſuppoſita notitia peccati mortalis, necnon alijs circumſtantijs, &c. D. Tho. quodlib. 11. art. 11.

Et hæc quantum ad præceptum diuinum.

Quandonã et quos obliget præceptum cõfeſſionis, vt Eccleſiaſticum.

Quantum verò ad Eccleſiaſticum, obligatur omnis vtriuſque ſexus fidelis poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit omnia ſua peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteri. Vndè mortaliter peccabit, qui ſic diſcretus omnia ſua peccata mortalia non confitetur cui debet, cum poteſt. c. omnis &c. de pœnit. & remiſs. Concil. Later. ſub Innoc. III. cap. 21. & Conc. Trid. ſeſs. 14. cap. 5.

De

De conſilio tamen ſemel in Menſe quis debet confiteri: ex Clem. nè in agro, §. ſanè, iuxtà gloſam &c. de ſtat. Monacorum, & quantum ad ſanctimoniales ex Conc. Trid. ſeſs. 25. cap. 10. de regul. & monial. pag. 51.

Quandonã confeſſio ſit tantùm de conſilio.

Caſus I.

Petrus ſuſcepturus longum iter in partibus Barbarorum, cum per longum tempus debeat commorari ibi abſque copia Confeſſoris; & nondum ſit annus tranſactus ex quo ſua peccata eſt confeſſus, habens conſcientiam peccati mortalis, & copiam Confeſſoris.

Caſus De eo, qui profecturus eſt ad Barbaros ad ibi diu commorandum, & habet conſcientiam peccati mortalis, & copiam confeſſarii.

Quæritur an teneatur ex præcepto confiteri?

Reſp. affirmatiuè: ex com. con. omnium DD.

II.

Petrus cum ſit excommunicatus facit quidquid poteſt, vt abſolutionem conſequatur, quam cum non poſſit obtinere, & ſit incapax ſacramentorum hoc præceptum non adimplet.

Caſus De excommunicato, qui non poteſt obtinere abſolutionẽ.

Quæritur an peccet?

Reſp. negatiuè; quia non ex ſe impeditur, ſed ex cenſura Eccleſiæ.

III.

Caſus De eo, qui ex conſilio Confeſſarii differt in lõgius confeſſionem.

Sempronius ex Conſilio confeſſarij in longiùs differens Confeſſionem hoc præceptum non adimplet.

Quæritur an peccet?

Reſp. negatiuè: quia per ſe non ſtat, Confeſſario enim tenetur obedire. An verò imminente præcepto Confeſſarius poſſit illi iniungere, vt in longiùs confeſſionem protrahat; ſi non adſit vrgentiſſima cauſa, putà ex odio, quo non poteſt diſponi ad benè confitendum, & ſperatur, quod beneficio temporis recogitando, poſſit ſe corrigere; non audeo affirmare. Et in hoc cautè Confeſſarius debet procedere.

IV.

Caſus De eo, qui non habet niſi venialia.

Antonius non habet, niſi peccata venialia confitenda. Imminente huius præcepti adimpletione.

Quæritur an teneatur confiteri?

Reſp. negatiuè; ſed ſolum tenetur ſe præſentare coram ſacerdote, & ſe oſtendere abſque conſcientia peccati mortalis; & hoc ei pro Confeſſione reputatur. D. Tho. 3. p. q. 37. alias 6. art. 3. ad 3. & hoc potiùs, ut ſcandalum vitetur, quam propter venialia ex P. Seraphino à Porecta &c.

Sed

Digitized by Google

Sed quid ſi dubitat, an ſunt mortalia?

Reſp. quod tunc tenetur confiteri, ex c. ſi quis autem de Pœnit. d. 7.

ARTICVLVS II.

An quis per Confeſſionem voluntariè inualidam poſſit ſatisfacere huic præcepto?

Reſp. NOn: ſi hoc proueniat ex culpa pœnitentis. Verum tamen eſt, quod ſi hanc extrinſecè faciat integram, & ſortiatur abſolutionem Confeſſarij non incurrit excommunicationem poſitam ab Epiſcopo contrà tranſgredientes hoc præceptum: vndè tenetur quidem alias confiteri, minimè autem abſolutionem ab excommunicatione petere.

Faciens cōfeſſionem voluntariè inualidam nō adimplet præceptum attamē excommunicationem nō incurrit.

Videatur opus. pag. 52. 53.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De præcepto communicandi in Paſchate.

Præceptum ſumẽdi Eucharistiam duplex.

DAtur præceptum, & diuinum ex illo Io: 6. niſi manducaueritis &c. & Eccleſiaſticum de ſumenda Euchariſtia ex c. omnis ſup.

Primum obligat in articulo mortis ex D. Tho. 3. p. q. 80. art. 11.

Secundùm, verò ſemel in anno, ſcilicet in Paſcate, c. omnis vtriuſque &c.

Quid nomine Paſchatis.

Nomine Paſchatis non ſolum intelligitur Dominica Reſurrectionis, ſed quælibet dies à Dominica in Ramis Palmarum, vſque ad Dominicam in Albis incluſiuè, ex Decreto Eugenij Quarti &c.

Quid dicendum de eo, qui in Paſchate indignè manducat.

Non ſatisfit huic præcepto per ſacrilegam Domini manducationem hoc eſt ab eo, qui ſummit Euchariſtiam in peccato mortali: hoc enim eſt ſacrilegè manducare ex D.Th. 3. p. q. 80. art. 3.

Videatur prop. dam. ab Innoc. XI. num. 55.

Quod à fortiori dicendum eſt de præcepto ſumendi Euchariſtiam in articulo mortis, cum ſit præceptum Diuinum.

Videatur denique prop. dam. ab Innoc. XI. n. 56. pag. 55.

QVÆ-

QVÆSTIO V.

De quinto præcepto Eccleſiæ.

ARTICVLVS I.

Quid per hoc præceptum Eccleſia nobis iniungat.

PEr hoc præceptum prohibet Eccleſia nuptias, ſeu ſolemnitatem deſponſationis, aliquo determinato tempore; ſcilicet à prima Dominica Adventus incipiendo à Media nocte ipſam Dominicam præcedente, uſque ad diem Epiphaniæ excluſivè; & à feria quarta cinerum, vſque ad octavam Paſchæ: ex Conc. Trid. Seſs. 24. c. 10. Et hoc conuenienter, quia tali tempore debent homines ſpiritualibus intendere. D. Tho. 4. ſent. diſt. 32. art. 5. quæſtiuncula 4. in corp. p. 56.

Nuptiæ ſiue ſolemnitates deſponſationis quibuſnam tēporibus inhibeantur?

De licentia Ordinarij poſſunt ſponſalia, & matrimonium ſinè ſolemnitate celebrari. Qui autem hoc ſinè licentia faceret, vt videamus quomodò peccaret ſit

Quid deſpōſalibus & matrimonio ſine ſolemnitatibus.

ARTICVLVS II.

Quodnam peccatum ſit nuptias celebrare temporibus prohibitis; & num matrimonium ſic celebratum valeat?

Quid ſentiendum de celebrante nuptias temporibus vetitis, & ſic ineunte matrimonium?

Reſp. QVoad primum; quod eſt peccatum mortale, quia violatur præceptum Eccleſiæ in re graui.

Quo verò ad ſecundum dico, quod matrimonium ſic celebratum eſt verum, & validum. D. Tho. 4. ſent. diſt. 32. art. 5. quæſtiuncula 4. ad 3.

Eſt enim ſolum impedimentum impediens: vndè licet Eccleſia poſſit ſic deſponſatos ſeparare ad tempus in pœnam, &c. non tamen poteſt matrimonium diſſolvere. p.56.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO VI.

De vltimo Præcepto Eccleſiæ.

Correſpondet q. 87. D. Th. in 2. 2.

Definitio Decimarum

DEcimæ definiuntur, quod ſint omnium bonorum mobilium licite acquiſitorum pars decima Deo data, diuina conſtitutione debita cap. 1. & cap. Parochia, &c. non eſt, & cap. tua nobis, & cap. cum non ſit ab homine de Decimis. pag. 57.

ARTICVLVS I.

A quo ſit datum præceptum de ſoluendis decimis.

Quænam lex præcipiat decimas.

Reſp. PArtim à lege naturali, & diuina ſcil: quantum ad ſubſtantiam. Partim à lege Eccleſiaſtica, quantum ad determinatam quantitatem. pag. 57.

D. Tho. 2. 2. q. 187. art. 1.

Nomine decimarum non veniunt oblationes, & primitiæ.

Qui decimas non ſolvit non ſolum pec-

Eas non ſoluentes quid incurrant?

peccat mortaliter contrà hoc præceptum; ſed vlteriùs excommunicatur ex Conc. Trid & non ſolum non ſoluentes, ſed vlteriùs hi, qui contrarium docere auſi fuerint, ex Clem. Cupientes de pœnis &c. pag. 58.

ARTICVLVS II.

De quibus ſint ſoluendæ Decimæ?

Reſp. DE omnibus licitè poſſeſſis, ſiuè prædiales ſint, ſiuè perſonales. D. Tho. 2. 2. q. 87. art. 2. in corp.

Decimæ de quibus rebus ſint ſoluendæ.

Dixi licitè poſſeſſis, quia ſi res illicitè poſſideantur; & ſint prædiales, tunc debent de ipſis decimæ ſolui, & Eccleſia poteſt acceptare, non intuitu perſonæ, ſed vt cenſus prædiorum: Si verò ſint perſonales, & reſtitutioni obnoxiæ, debent dominis reſtitui; ſi denique non ſint reſtitutioni obnoxiæ, vt acquiſita per Meretricium &c. tunc debent de ipſis decimæ ſolui, non tamen eas debet Eccleſia recipere, ne videatur peccato communicare; ſed pauperibus diſtribuere. Quod intellige, ſi peccatores ſint publici.

Sed de his videatur opus. pag. 59.

AR-

ARTICVLVS III.

De Perſonis, quæ decimas ſoluere tenentur.

OMnes ſæculares cuiuſcumque ſint gradus, & conditionis debent decimas ſoluere. D. Tho. 2. 2. q. 87. art. 4. ad 4. *Quinam teneantur ſoluere decimas?*

Clerici quoque de à ſe poſſeſſis proprio iure. D. Tho. 2. 2. q. 87. art. 4. ſi tamen ſint ſæculares.

De regularibus verò dicendum eſt non teneri ex priuilegio, c. quæſtus, c. decimas 16. q. 1.

Multa priuilegia videns in op. p. 60.

Iſta tamen priuilegia, vtpotè perſonalia non comprehendunt prædiorum colonos &c.

AR-

ARTICVLVS IV.

Quibus decimę ſint ſolvendę.

Quibus ſolvendæ.

Reſp. QVod clericis curam animarum habentibus. D. Tho. 2. 2. q. 87. art. 3. ſed ſit

Caſus.

Caſus De eo, qui ſoluit decimas Parocho & poſteà aliæ decimæ ab eo petuntur pro S. Sede.

Tiberius ſolutis decimis ſuo Parocho, adueniente petitione Pontificis de decimis Sanctæ Sedi ſolvendis pro indigentia vniuerſalis Eccleſiæ, renuit decimas vlteriùs ſoluere.

Quæritur an peccet, & poſſit cogi ad ſoluendum &c.

Reſp. negatiuè quoad vtrumque cum enim ſæculares iam ſoluerint decimas Parocho ab ipſis ampliùs non poſſunt exigi, ſed Pontifex debet eas à Parochis, qui decimas receperunt exigere; & Parochi tenentur dare. D. Tho. 2. 2. q. 87. art. 4. ad 3.

Videantur plura in opere. p. 61.

Digitized by Google

TRACTATVS DECIMVS OCTAVVS.

De Cenſuris.

Continet q. D. Tho. in ſup. ad 3. p. à q. 21. vſque ad 24.

QVÆSTIO I.

De cenſuris in communi.

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex ſit cenſura.

DEfinitur: pœna ſpiritualis inflicta ab Eccleſiaſtica poteſtate priuans hominem baptizatum vſu aliquorum ſpiritualium in ordine ad ſalutem. *Definitio Cenſuræ?*

Triplex vera, & propria: ſcil. excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. *Eius diuiſio.* Irregularitas ex delicto verè dici poteſt cenſura; irregularitas verò ex defectu potiùs eſt pœna, quam cenſura. *Quæ irregularitas ſit cenſura & quæ ſolùm pœna.*

Ceſſatio à diuinis, ſicuti depoſitio, de-

Digitized by Google

Quæ propriæ nõ ſint cenſuræ? Alia à iure, alia ab homine.

degradatio verè, & propriè non ſunt cenſuræ.

Quæ ergo ſunt verè cenſuræ adhuc ſunt in duplici differentia, aliæ à iure, aliæ ab homine; alia latæ ſententiæ, & exprimitur his verbis; ipſo facto, ipſo iure, eo ipſo &c. alia eſt ſententiæ ferendæ; & exprimitur his verbis ſub pœna excommunicationis, ſuſpenſionis &c. vel excommunicamus, ſuſpendimus &c.

De his plura videas in opere. p.63.

ARTICVLVS II.

De conditionibus requiſitis ad cenſuram.

Conditiones neceſſariæ ad cenſuram

QVatuor ſunt conditiones cenſuræ adhoc, vt liget: Prima quod feratur per actum externum; Secunda quod obſeruetur forma iuris: Tertia, quod præcedat admonitio: & quarta, quod feratur ex rationabili cauſa.

Cenſura ſub conditione lata tenet, & obligat tunc, quandò aduenit conditio.

Ad grauem cenſuram requiritur culpa mortalis.

Cenſura grauis non poteſt ferri, niſi pro peccato mortali: ex decreto Concilij Meldenſis can. nemo Epiſcop. 11. q. 2. & can. nullus cap. 1. de iud. can. ſac. de ſent. excom.

Ignorantia antecedens, & inculpabilis

bilis excuſat à cenſura, non autem conſequens, & culpabilis.

Quæ excuſent à cenſura, & quæ non.

Impotentia pariter excuſat à cenſura; quod etiam intelligendum eſt de graui incomodo, ex Nauar. Soto, cit. à Suarez diſp. 20. ſect. 3. n. 9.

Caſus.

Caſus De eo, qui negligens reſtituere Eccleſiæ fit impotens ex poſt ad reſtituẽdũ intrà tempus excommunicationis incurrendæ.

Tindarus habens rem Eccleſiæ excommunicatur ab Epiſcopo, niſi infrà Menſem reſtituat. In principio Menſis habens facultatem reſtituendi hoc non facit. Poſteà fit impotens.

Quæritur an excommunicationem incurrat.

Reſp. affirmatiuè; quia eſt ſufficienter contumax contrà præceptum. Hanc tamen non incurrit, niſi tranſacto menſe.

Metus grauis cadens in conſtantem virum excuſat à cenſura.

Aliæ cauſæ excuſãtes à cenſura.

Denique Appellatio debitè facta excuſat à cenſura.

Aliæ conditiones, quæ reddunt cenſuram illicitam.

Aliæ ſunt conditiones reddentes cenſuram illicitam; Prima quod feratur in ſcriptis: Secunda, quod eius cauſa exprimatur. Tertia, quod exemplar ſcripturæ tradatur intrà menſem cenſura affecto, ſi id petierit &c.

Videantur plura in opere. p. 66.

AR-

ARTICVLVS III.

De his, qui cenſuras infligere poſſunt.

Qui poſſint cenſuras infligere.

Reſp. QVod Papa, Concilium tam generale, quam pronincia-le; Epiſcopi, Generales Religionum, Abbates, Prouinciales, & Priores poſſunt cenſuras ferre in ſibi ſubditos. D. Tho. in 4. ſent. d.18..quæſt.2.art.2. quæſtiuncula 1. in corp.& ad 2.& d.19. q. 1. art. 1. quæſtiuncula 3. in corp. & in ſuplem.3..p. q.22. art.1. 2. & 3.

Caſus in quibus poſſunt ferri cenſura etiam in nō ſubditum.

Poteſt adhuc dari caſus, quod aliquis ex ſupradictis poſſit aliquem non ſibi ſubditum cenſura afficere, ſi ad eorum iuriſdictionem aliquo modo pertineat; putà ratione delicti commiſſi, vel ratione contractus in ſuo territorio initi, vel ratione rei ibi ſitæ, c.1. de priuil. in 6.

De his videantur plura in op. p.58.

AR-

ARTICVLVS IV.

De his, qui cenſuris ligari poſſunt.

CEnſuris ligari poteſt quilibet homo, ſi ſit baptizatus, viuus, inferior, & ſubditus: D. Tho. 4. ſent. d. 18. q. 2. art. 3. quæſtiuncula 1. in corp. & d. 20. art. 5. quæſtiuncula 4. ad 3. & in ſupl. 3. p. q. 22. art. 5. & 6. ad 1. *Circumſtantiæ requiſitæ, vt quis affici poſſit cenſuris.*

Communitas collectiuè ſumpta non poteſt excommunicari, benè tamen ſuſpendi, aut interdici: D. Tho. 4. ſent. d. 18. q. 2. art. 3. quæſtiuncula 2. in corp. & in ſupl. 3. p. q. 22. art. 5.

Qui eſt excommunicatus poteſt iterum excommunicari ad maiorem ſui confuſionem. D. Tho. in 4. ſent. d. 18. q. 2. art. 3. quæſtiuncul. 3. in corp. & in ſup. 3. p. q. 22. art. 6. p. 71.

Digitized by Google

ARTICVLVS Vltimus.

De his, qui poſſunt à cenſuris abſoluere.

Qui poſſit abſoluere à cenſura lata ab homine.

LOquendo de cenſura lata ab homine, qui poteſt cenſuram ferre, poteſt ab illa abſoluere: ſicuti eo mortuo eius ſucceſſor; & ille, qui habet plenam iuriſdictionem in eum, qui cenſuram tulit. D. Tho. in 4. ſent. d.18. q.2. art. 5. quæſtiunc. 1. in corp. & art. 5. quæſtiunc. 1. & in ſup. 3. p. q.24.art.1.

Quid ſi cenſura ſit reſeruata.

Vnde ſi cenſura ſit reſeruata ille ſolus poteſt abſoluere, cui reſeruatur, ordine tamen ſupradicto. D. Tho. 4. ſent. diſt.18. q.2. art.5. quæſtiunc.1.

Si verò non ſit reſeruata de iure communi poteſt abſolui à quolibet ſacerdote qui poteſt à mortalibus abſoluere. D.Tho. 4. ſent. d.18. q. 2. art. 5.

Dixi de iure communi, quia ex conſuetudine ſolum illi conceditur abſolutio ab excommunicatione minori; quæ ſemper illi conceditur. D. Tho. 4. ſent. d.18. q.2. art.5. quæſtiunc.1.

Dixi, qui poteſt abſoluere à mortalibus; nam qui ſolum à venialibus poteſt abſoluere, hoc non poteſt præſtare.

Exci-

Excipitur tamen caſus articuli mortis, in quo cuilibet Sacerdoti etiam non expoſito conceditur facultas abſoluendi ab omnibus peccatis, & cenſuris ex Concil. Trident. ſeſ. 14. cap. 7. cum hoc tamen quod periclitans ſi euadat debet ſe præſentare &c.

Quis poſſit à cenſuris abſoluere in mortis periculo.

Quando neceſſarium ad ſalutem eſſe videtur, etiam inuitus poteſt à cenſuris abſolui. D. Tho. 4. ſent. diſt. 18. quæſt. 2. art. 5. quæſtiuncula 2. & in ſup. ad 3. p. q. 24. art. 2.

Irretitus pluribus cenſuris poteſt ab vna abſolui, etiamſi non abſoluatur ab aliis. D. Tho. 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 5. quæſtiunc. 3. & in ſup. 3. p. q. 24. art. 3.

Poteſt abſolui vna cenſura ſine alia.

Abſolutio à cenſuris, quæ priuant participatione Sacramentorum, ſemper debet præmitti abſolutioni peccatorum. D. Tho. 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 5. quæſtiunc. 1. ad 2.

Caſus.

Caſus De Confeſſario potente ſolùm abſoluere à mortalibus, et qui deperit pœnitentem irretitū excommunicatione maiori.

Tiberius irretitus excommunicatione maiori ſe præſentat coram confeſſario ſolum habente facultatem abſoluendi à mortalibus, & progreſſu cenfeſſionis explicat delictum propter quod excommunicationem maiorem incurrit.

Quæritur quomodo ſe gerere debeat Confeſſor?

Reſp.

Digitized by Google

Reſp. quod debet priùs mittere pœnitentem ad ſuperiorem, vt eum ab excommunicatione abſoluat, & poſteà ipſum à peccatis abſoluere. Et hoc advertant Confeſſarij, quia plures reperi facere contrarium, & malè; quia ſic excommunicatus non eſt capax Sacramentorum.

Videatur opus. p.74.75.

QVÆSTIO II.

De excommunicatione.

Correſpondet q. 22. D. Tho. in ſup. ad 3. p.

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex ſit excommunicatio.

Quotuplex ſit excõmunicatio.

DVplex excommunicatio maior, & minor: prima priuat participatione actiua, & paſſiua Sacramentorum, & fidelium exteriori conuictu: vndè definitur. Separatio à communione Eccleſiæ quoad fructum, & ſuffragia generalia.

Secunda, verò ſolum priuat participatio-

patione paſſiua; vndè definitur illa, quæ excludit præcisè à participatione, & communione paſſiua Sacramentorum, & à participatione eorum, quæ ſunt via ad Sacramenta percipienda, cap. ſi celebrat de cler. excom. miniſtr. D. Tho. 4. ſent. diſt. 18. quæſt. 2. art. 1. quæſtiuncul. 1. in corp. & in ſup. 3. p. q. 21. ar. 1. pag. 77.

Earum differentia in priuãdo uſu Sacramentorum.

ARTICVLVS II.

An, & quandò cum excommunicatis communicare prohibeatur.

DAtur in Eccleſia auctoritas excommunicandi: ex illo Chriſti Matth. 16. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tamquam Ethnicus, & Publicanus.* D. Tho. 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 1. quæſtiunc. 2. in corp.

Eccleſia habet à Chriſto auctoritatem excõmunicandi.

Prohibetur excommunicatis cum fidelibus communicare, c. nuper & ex c. Si aliquandò de ſent. excom. ſicuti etiam è contrà prohibetur fidelibus cum excommunicatis communicare, c. cum ab homine de ſent. excomm.

Fideles, & excommunicati prohibentur inuicem communicare.

Excommunicatus duplex vitandus, & non vitandus. Primus modò eſt omnis publicè excommunicatus ideſt no-

Differentia inter excõmunicatum vitandum,

C mi-

& non vitandum.

minatus, vel denuntiatus excommunicatus excommunicatione maiori: extrà: ad euitanda ſcandala, & eſt conſt. Mart. V. in Con. Conſtanſ.

Secundus verò eſt omnis excommunicatus excommunicatione maiori occulta, (excepta violenti manus iniectione in Clerico) & omnis excommunicatus excommunicatione minori. D. Tho. 4. ſent. diſt. 18. quæſt. 2. art. 4. quæſtiuncul. 2. ad 2.

Quid dicendum in dubio, an excommunicatus ſit vitãdus.

Si dubium eſt an excommunicatus ſit vitandus, nec ne; & hoc antè Iudicis ſententiam, tunc vitari non debet; poſt Iudicis verò ſententiam hoc fieri debet; quia iudicis ſententiæ tunc ſtandum eſt.

D. Tho. quodlib. 4. art. 14.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

In quibus excommunicatus ſit vitandus.

Reſp. IN quinque hoc verſu comprehenſa:

ſt *Os, orare, vale, communio, menſa negatur.*

Diligentem horum explicationem videas in opere. pag. 80.

ARTICVLVS IV.

Quod peccatum, & quam cenſuram incurrant, qui cum excommunicatis participant.

COmmunicare cum excommunicatis ſemper eſt veniale. D. Tho. 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 4. quæſtiunc. 3. ad 2.

In tribus tamen erit peccatum mortale: Primò, ſi communicans in cri- *In quibus caſibus ſit peccatum*

Digitized by Google

mortale participare cũ excõmunicatis. mine participet. Secundò, ſi communicet in diuinis: & tertiò, ſi hoc faciat in contemptum Eccleſiæ. D.Th. in ſup. ad 3. p. q.23. art. 3.

Quartum addit Soto: quandò lata eſt ſententia excommunicationis maioris in participantes.

Quam cenſuram incurrãt participantes in caſibus ſupradictis. Sic pariter reſpondendum eſt poſteriori parti quæſiti: quod qui communicat in his quatuor caſibus ſit excommunicatus excommunicatione maiori.

Advert. tamen, quod in cõmunicatione in diuinis ſolum incurritur à Clerico, quandò ſententia iudiciales eſt lata à Pontifice in excommunicatum; & tunc eſt ipſi Pontifici reſeruata. Qui verò extrà hos caſus, ſolum excommunicatione minori. D. Tho. in ſup. ad 3. p. q.23. art.2.

Quos nõ teneantur vitare excommunicati. Excommunicati non tennentur infideles vitare; quia hoc illis non prohibetur, c. omnis Chriſtianus, & c. Engeltrudam 30. q.4.

Videantur plura in opere p.82.

Digitized by Google

ARTICVLVS V.

An detur aliquis caſus, in quo liceat cum excommunicatis communicare.

QVinque caſus communiter aſſignantur, in quibus licet cum excommunicatis communicare, & hoc carmine comprehenduntur: *In quibus caſibus liceat participare cum excommunicatis.*

Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.

Eorum diligentem explicationem videas in opere p.83.84.85.

Præter hos adhuc alij dantur caſus; & ſunt. Primus de vi, ſeu violentia. Secundus de metu cadente in conſtantem virum, qui tamen non excuſat participantem in diuinis. Tertius, ſi Papa diſpenſet. De his pariter videatur opus. pag.87.

Digitized by Google

QVÆSTIO III.

De Suſpenſione.

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex ſit ſuſpenſio.

Definitio ſuſpẽſionis.

DEfinitur cenſura Eccleſiaſtica, qua Miniſter Eccleſiæ, ſeu Eccleſiaſtica perſona impeditur, ne functiones exerceat ſui officij, beneficij, vel ordinis.

Eius diuiſiones, & ſpecies.

Diuiditur primò in ea, quæ eſt ab officio tantum; in eam quæ eſt à beneficio tantum, & in eam, quæ eſt ab officio, & beneficio.

Secundò ea, quæ eſt ab officio tantum, aliquandò eſt à toto officio, aliquandò à parte eius ſolum. Prima priuat vſu ordinis, & iuriſdictione. Secunda verò vno horum tantum.

Tertiò ea, quæ eſt à beneficio tantum aliquandò à ſola parte, puta à perceptione ſolum talium fructuum.

Quartò diuiditur in ea, quæ eſt ad tempus, & in perpetuum.

Quintò, denique alia eſt à iure, alia ab homine.

Videatur de his opus. p. 88.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De cauſis ſuſpenſionis.

IVxtà numerum cauſarum quatuor ponuntur cauſæ ſuſpenſionis.

Cauſa finalis eſt correctio delinquentis.

Cauſa efficiens eſt omnis, qui poteſt excommunicare; idem enim ipſe et am poteſt ſuſpen ere, cum vtrobique ſit par ratio.

Quatuor cauſæ influentes in ſuſpenſione.

Cauſa materialis duplex proxima, & remota; hæc ſola perſona Eccleſiaſtica ſaltem habens primam tonſuram. Illa eſt peccatum mortale, ſi ſit ſuſpenſio à iure; ſi verò ab hom ne ſolum veniale: & aliquandò nullum, vt eſt de leproſo, ſene, debili &c.

Cauſa formalis ſunt verba talem ſuſpenſionem ſign.ficantia.

Videatur opus. pag. 89.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

De effectibus ſuſpenſionis.

Effectus ſuſpenſionis ſunt in duplici genere.

DVplicis generis ſunt effectus ſuſpenſionis; alij prouenientes à poſitione, alij verò ex tranſgreſſione ſuſpenſionis.

Explicantur effectus primi generis.

Primi generis ſunt primò: ſuſpendere ab omni actu in ſuſpenſione nominato; vndè qui eſt ſuſpenſus ab Ordine, non intelligitur ſuſpenſus à iuriſdictione; neque è contrà. Sicuti ſuſpenſus ab officio, non intelligitur ſuſpenſus à beneficio, nec ab oppoſito. Pro cuius claritate ſit

Caſus I.

Caſus De Epiſcopo à Pontificalibus ſuſpenſo.

Valerius Epiſcopus à Summo Pontifice à Pontificalibus ſuſpenditur.

Quæritur quos actus poſſit exercere?

Reſp. omnes actus iuriſdictionales, qui poſſunt abſque Pontificalibus exerceri; vt ſunt conferre beneficia, excommunicare &c. & hoc, quia iuriſdictionalia non pendent à Pontificalibus, neque è contra, c. traſmiſſam de elect.

II.

Digitized by Google

II.

Antonius ſuſpenſus ab Epiſcopo ab Officio putà curatus, ſed non à beneficio. Quid facere debet? *Caſus De Curato ab officio tantùm ſuſpenſo?*

Reſp. Debet exercere ſuum officium per alium, & ſic fructibus beneficij frui.

Sed quid ſi ſit ſuſpenſus à benefitio, ſed non ab officio? *Caſus De eodem à beneficio tãtùm ſuſpenſo.*

Reſp. quod tunc debet ſuum officium exercere, & fructus ſuis operibus proportionatis ſuſcipere; & ſi ſit pauper, etiam omnimodam ſuam ſuſtentationem recipere. pag. 9.

Si autem ſuſpenſio ſit lata per verba generalia tunc *Caſus de eodem ſuſpenſo per verba generalia.*

Secundus effectus eius eſt non ſolum ſuſpendere ab eo, quod nominatur, ſed etiam ab eo, quod ex illo neceſſariò infertur, vel cum illo neceſſariò connectitur; vndè quantum ad generalia

Primò, ſuſpenſus abſolutè abſque aliqua limitatione, intelligitur ſuſpenſus ab ordine, & iuriſdictione, officio, & beneficio &c.

Secundò, ſuſpenſus ab officio generaliter intelligitur ſuſpenſus ab vſu ordinis, & iuriſdictionis.

Tertiò, ſuſpenſus generaliter ab ordine privatur omni actu ordinis maioris, & minoris.

Quartò, ſuſpenſus ab ordine inferiori intelligitur ſuſpenſus ab ordine ſuperiori; non verò è contrà; & ideò

Quintò, ſuſpenſus ab ordine maiori, non intelligitur ſuſpenſus à minori.

Sextò, denique ſuſpenſus à diuinis non poteſt diuina perſoluere ex officio; benè tamen, vt priuata perſona; immò ad hoc tenetur, vt Christianus.

Videatur opus p.90.

Explicatur effectus ſecundi generis.

Quantum ad effectus ſecundi generis: Primò, qui exercet eos actus, à quibus eſt ſuſpenſus peccat mortaliter e genere ſuo: aliquandò tamen poteſt ſolum venialiter peccare, vel ex deffectu aduertentiæ, vel propter leuitatem materiæ; vt in ſuſpenſione leui &c.

Quid dicendũ de actibus, vel ordinis, vel iuriſdictionis exercitis à ſuſpenſo denunciato.

Secundò, ſi exerceat ſolemniter actum ordinis &c. incurrit irregularitatem. c. 1. de ſent. excom. lib.6. & c.1. de re iudic. eod. tit. lib.1.

Sed num actus facti à ſuſpenſo ſunt inualidi?

Reſp. negatiuè; ſi ſint actus ordinis; benè tamen ſi ſint iuriſdictionis; dummodò tamen ſit publicè ſuſpenſus: ſi enim eſſet occultus, tunc Eccleſia ſupleret.

Cooperans in delicto cũ ſuſpenſo denuntiato an

Qui communicat cum ſuſpenſo denuntiato cooperans cum illo in delicto, & malo vſu miniſterii, peccat qui-

quidem, ſicut diximus ſuprà de communicante cum excommunicato; non tamen incurrit aliquam cenſuram propter hoc, quia nulla in iure habetur contrà huiuſmodi communicantes. *cenſuram incurrat.*

Videatur opus, pag. 91.

QVÆSTIO IV.

De interdicto.

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex ſit interdictum.

DEfinitur, ſeparatio à certis Sacramentis, & omnibus officijs diuinis, nec non Eccleſiaſtica ſepultura. *Definitio Interdicti.*

Duplex locale, & perſonale. Primum, quandò ſolus locus, putà Ciuitas interdicitur, ne ibi officia diuina à Ciuibus, vel ab exteris audiantur; & nomine Ciuitatis veniunt etiam ſuburbia, c. ſi Ciuitas de ſent. excomm. in 6. Secundum quo interdicitur populus, vel aliqua particularis perſona; *Eius diuiſio.*

Inter hæc duo ponitur Interdictum mixtum ex perſonali, & locali.

Subdiuiſio. Interdictum tam locale, quam perſonale eſt duplex, aliud generale, quo interdicitur omnis Ciuitas, Regnum &c. & omnes perſonæ illius: aliud ſpetiale, quo interdicitur aliqua ſpetialis Eccleſia, vel opidum, vel pars populi, aut aliqua particularis perſona.

Denique interdictum aliud eſt à iure, aliud ab homine. De quibus videtur opus. pag. 91. 92.

ARTICVLVS II.

De cauſis interdicti.

CAuſa finalis eſt emendatio, ſeu reſcipiſcentia ab eo, cuius cauſa poſitum eſt interdictum.

Cauſa formalis ſunt verba &c. loquendo de ab homine lato debet ferri in ſcriptis, c. cum medicin. de ſent. excom. Immò præhabita trina admonitione, c. reprehenſibili de appellat.

Cauſa efficiens ſunt omnes illi, qui poſſunt excommunicare, & ſuſpendere, eo modo, ac ordine, quo diximus ſuprà &c.

Videatur opus pag. 92.

Explicantur cauſæ interdicti. Cauſa materialis duplex proxima, & remota; proxima eſt peccatum aliquod externum mortale, & propor-

tio-

tionatum tali pœnæ, & quod ſit inobedientiæ, ſeu contumaciæ.

Remota eſt duplex, nempè locus, & perſona.

Interdicto populo non intelliguntur interdicti Regulares, nec Clerici; quia nomine populi veniunt ſolum ſeculares.

Quid ſi interdicatur populus?

Interdicta tota Ciuitate intelliguntur etiam interdictæ Eccleſiæ Regularium, Cemiteria, & Capellæ, ex dec. Conc. Trid. ſeſs. 25. cap. 21. & 22. Non obſtante quocumque priuilegio.

Quid ſi tota Ciuitas?

Epiſcopi non poſſunt particulariter interdicere Eccleſias Regularium, quia non habent directam iuriſdictionem in ipſas; nec hoc illis confert Concil. cum de interdicto generali loquatur.

Quid de Epiſcopo in ordine ad Eccleſias Regularium?

Videatur opus pag. 94.

ARTICVLVS III.

De effectibus interdicti.

Explicantur effectus interdicti.

QVamuis iure antiquo plures eſſent effectus interdicti, nunc autem poſt Bonifacium Octavum, Martinum V. & Eugenium Quartum ſolum ſunt tres, nempe & Primns priuatio quorundam ſacramentorum, ſcilicet Euchariſtiæ, extremæ Vnctionis, Ordinis, & Matrimonij.

Secundus, priuatio diuinorum officiorum, & ſunt ſacrificium Miſſæ, horæ canonicæ dictæ in choro, publicæ orationes, & benedictiones &c.

Tertius, eſt priuatio Eccleſiaſticæ ſepolturæ, & hic comprehendit exequias, & alia quælibet ad ſepolturam ſpectantia.

Qui violat interdictum in re gravi peccat mortaliter.

Videatur opus. pag. 96.

QVÆ.

QVÆSTIO V.

De Irregularitate.

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex ſit irregularitas.

DEfinitur; canonicum impedimentum ex facto, vel defectu prouenieus, quo quis ad Eccleſiaſticos ordines promoueri, & iam promotus in ijſdem miniſtrare prohibetur.

Definitio irregularitatis.

Diuiditur Primò in ea, quæ prouenit ex delicto.

Eius diuiſio.

Secundò in partialem, & totalem. Et harum plures ſunt ſpeties, de quibus videatur opus. pag. 98.

AR-

ARTICVLVS II.

De cauſis, & effectibus irregularitatis.

Cauſa irregularitatis.

CAuſa finalis eſt reuerentia Eccleſiaſticorum ordinum, ſeu functionum eorundem.

Cauſa efficiens eſt ius Canonicum.

Cauſa materialis remota, ſeu ſubiectum eſt omnis ille, qui eſt capax ordinis.

Cauſa materialis proxima, ſi ſit irregularitas ex delicto, eſt peccatum mortale. Si verò ſit ex deffectu ſunt plura, de quibus infrà.

Denique cauſa finalis ſunt verba ipſum nomen irregularitatis exprimentia, vel proprius eius effectus, qui eſt inhabilitas ad ordines ſuſcipiendos, vel exercendos &c.

Videatur opus p. 99.

Effectus irregularitatis.

Effectus irregularitatis ſunt quatuor. Primus, & præcipuus eſt impedire receptionem ordinum.

Secundus eſt impedire vſum ordinum iam ſuſceptorum.

Tertius, eſt facere hominem beneficij Eccleſiaſtici incapacem.

Et quartus quod reddat ſubiectũ incapax iuriſdictionis ordinariæ.

De his videatur opus p. 99.

Modi,

Digitized by Google

Modi, quibus tollitur irregularitas ſunt multi; Baptiſmus, Profeſſio in religione, diſpenſatio &c. de quibus agendo de ſingulis ſpetiebus irregularitatis, & videri poſſunt in op. p. 100.

ARTICVLVS III.

De varijs ſpetiebus irregularitatis.

Speties irregularitatis ex defectu.

IRregularitatis ex defectu: Prima eſt ex defectu vſus rationis, ex defectu ſcientiæ, ſeu litteraturæ; & ex defectu fidei.

Secunda prouenit ea quocumque defectu corporis, qui vſum ordinum impediat, aut deformitatem notabilem generet.

Tertia, eſt illegitimitas, ſeu defectus natalium.

Quarta, eſt defectus ætatis; qui enim non habet ætatem à iure taxatam ad recipiendos ordines dicitur irregularis ad illos.

Quinta, eſt in Seruis, & Mancipijs.

Sexta, eſt in Bigamis.

Septima, ex homicidio iuſtè facto.

Et octaua eſt paupertas, ſeu defectus bonorum temporalium.

Irregularitatis verò ex delicto Pri-

Speties irregularitatis ex delicto. Prima ſpeties eſt infamia ſiuè iuris, ſiuè facti.

Secunda, qui ſcienter bis, aut pluries Baptiſmum ſuſcipit.

Tertia, eſt propter indebitam ſuſceptionem ordinum.

Quarta, eſt ob exercitium ordinum tempore cenſuræ &c.

Quinta, qui ſeriò, & ſcienter exercet ordinem, quem non habet.

Sexta, propter hæreſim.

Et denique ſeptima, quæ incurritur per mutilationem, ſeu homicidium iniuſtè factum.

De his omnibus videatur opus pag. 100. 101.

Digitized by Google

ARTICVLVS Vltimus.

De irregularitate, quæ incurritur propter homicidium.

In quibus caſibus incurratur irregularitas propter homicidium.

LOquimur de irregularitate ex delicto, quæ habetur ex homicidio, &

Primò, efficitur irregularis omnis occidens aliquem iniuſtè, & voluntariè.

Secundò, omnis mutilans pariter iniuſtè, & voluntariè.

Tertiò, ex homicidio, ſeu mutilatione caſuali, & culpabili, & cooperatione ad illam incurritur irregularitas.

Quartò occidens, vel mutilans aliquem ob defenſionem cuiuſcumque non ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ; è contrà tamen eſſet diſcurrendum, ſi ordo inculpatæ tutelæ ſervaretur, quia tunc hæc non incurritur irregularitas, vt habetur expreſsè in Clem. ſi furioſus de homicidio. Licet incurratur tunc irregularitas ex defectu.

In

Quæ ſpecies irregularitatis reſervatur Pontifici.

In omnibus irregularitatibus Pontifex diſpenſat reſeruans ſibi tres ſpeties illius, & ſunt, orta ex homicidio voluntario, ex mutilatione voluntaria, & ex Bigamia.

Quid ſi mutilatio eſſet occulta?

Si homicidium, vel mutilatio voluntaria ſit occulta in hac etiam diſpenſat Epiſcopus ex Conc. Trident. ſeſs. 14. cap. 7.

De irregularitate, in qua quilibet Prælatus diſpenſare poteſt.

In alijs verò omnibus irregularitatibus non ſolum diſpenſat Epiſcopus, ſed etiam quilibet alius Prælatus, ſiue ſecularis, ſiuè Regularis habens poteſtatem quaſi Epiſcopalem in ſuos ſubditos.

Videatur opus pag. 102.

Digitized by Google

QVÆSTIO Vltima.

De ceſſatione à diuinis, Depoſitione, & Degradatione.

ARTICVLVS I.

De eſſentia, diviſione, cauſis, & effectibus ceſſationis à diuinis.

Definitio ceſſationis à Diuinis.

DEfinitur prohibitio, qua miniſtri Eccleſiæ prohibentur perſoluere diuina officia, miniſtrare ſacramenta, & ſepelire Laicos in loco ſacro.

Eius diuiſio

Eſt duplex generalis, qua prædicta prohibentur in loco vniuerſali, vt in regno &c. & Particularis, qua ipſa prohibentur in loco particulari, vt in vna tantum Eccleſia &c.

Eius cauſa

Cauſa efficiens eiuſdem eſt Papa in vniuerſali Eccleſia, & Epiſcopus, ſeu

alius

alius habens iuriſdictionem in foro contentioſo.

Finalis eſt reſcipiſcentia, ſeu emendatio illius, cuius cauſa lata eſt ceſſatio.

Materialis eſt delictum, ratione cuius ponitur. Et formalis ſunt verba, quibus ponitur.

Eius effectus.

Primus effectus eſt omiſſio recitationis publicæ officij.

Secundus eſt priuatio omnium ſacramentorum excepto Baptiſmate Paruulorum, Pœnitentia, & Euchariſtia pro morientibus.

Tertius, eſt priuatio ſepolturæ ſacræ, quoad Laicos. Clerici verò, & alij Religioſi ſepeliri poſſunt in loco ſacro ſinè officijs diuinis.

Quid ex violatione ipſius incurratur.

Violans ipſam peccat mortaliter, immò Religioſi ſubiacent excommunicationi ex Clem. 1. de ſent. excom.

A quo tollatur.

Tollitur denique ab eo, à quo ponitur, vel à ſuperiore, vel ſucceſſore, aut habente facultatem delegatam ad id faciendum.

AR-

ARTICVLVS II.

De degradatione, & depoſitione.

DEgradatio duplex verbalis, & Realis.

Degradatio alia verbalis, alia realis.

Prima definitur, ſententia Eccleſiaſtica, qua Eccleſiaſtica perſona verbis priuatur omni officio, beneficio, & priuilegio Clericali in perpetuum ſine ſpe illud conſequendi.

Definitur verbalis.

Secunda definitur, pœna Eccleſiaſtica, qua Eccleſiaſtica perſona realiter, & actualiter priuatur omni officio, beneficio, & priuilegio Clericali in perpetuum abſque vlla ſpe illud conſequendi, cum quadam ſolemnitate.

Definitur realis. Iſtius ſeptẽ proprietates explicantur.

Aliquæ eius ſunt proprietates. Prima eſt, quod non priuat degradatum caractere; vndè licet peccet ſic degradatus exercendo actus ſui miniſterij, actus tamen facti ſunt validi.

Secunda per illa degradatus non priuatur oneribus ex ordine ſequentibus, vt eſt recitatio diuini officij &c.

Tertia, quod non ſit à iure ipſo facto incurenda, ſed ſolum per iudicis ſententiam.

Quarta, quod reddit hominẽ infamẽ.

Quinta, quod ex iure communi ponatur ab Epiſcopo.

Sex.

Sexta, quod ſolum ſit remiſſibilis à Papa.

Septima, quod ſic degradati non potiuntur priuilegio Canonis, & fori.

Definitur Depoſitio. Depoſitio, eſt perpetua ab Altaris Miniſterio, & gradu Eccleſiaſtico remotio ſinè ſpe reſtitutionis, & cum retentione priuilegi, fori, & Canonis.

Ad quem ſpectet diſpenſare in ea. In hac diſpenſare ſolum ſpectat ad Papam, & etiam ad Epiſcopum, quòd delictum non eſt maius adulterio.

In cæteris equiparatur degradationi.

Videatur opus. pag. 104.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS DECIMVS NONVS.

De Indulgentijs.

Continet q. 25. 26. 27. in ſuplem. 3. p. D. Thom.

QVÆSTIO I.

De eſſentia, & quidditate Indulgentiæ.

Correſpondet q. 25. D. Tho. in ſup. ad 3. p.

ARTICVLVS I.

Quid ſit Indulgentia.

Definitio Indulgentię pro viuis.

INdulgentia prò viuis definitur; actus clauium, ſeu iuriſdictionis ſpiritualis, qui eſt abſolutio, ſeu remiſſio pœnæ temporalis in foro Dei debitæ prò culpis dimiſſis, quæ ab habente ad id facultatem extrà Confeſſionem ſacramentalem ſoluta equiualenti ſatisfactione de Theſauro Eccleſiæ fit ex rationabili cauſa in ea quantitate, quam

concedens in forma conceſſionis expreſſit. p.106.

D. Tho. 4. ſent. d.20. q. 1. a.3. quæſtiun.2.in corp.& in ſup.3.p. q.25.a.1.

ARTICVLVS II.

De Theſauro meritorum Chriſti, & Sanctorum.

Merita ſuperabundātia Chriſti, & Sanctorum ſunt theſaurus Eccleſiæ.

DAtur in Eccleſia ſuperabundans cumulus meritorum Chriſti, & Sanctorum, qui eſt Eccleſiæ Theſaurus, cuius diſpenſatio ab eodem Chriſto Domino noſtro conceſſa fuit D. Petro Apoſtolo eius Vicario, & Succeſſoribus eius. D. Tho. 4. ſent. d. 20. q.1. art.1. quæſtiunc. 1. & eſt expreſſa Clem. 6. in extra. Vnigenitus de pœnit. & remiſs.

Videatur de hoc ampla expoſitio in opere. pag.107.108.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

De cauſa efficiente Indulgentiarum.

Correſpondet q. 26. D. Th. in ſupl. ad 3. p.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Eccleſia ſit poteſtas concedendi Indulgentias.

Reſp. SIc, & eſt de fide definitum in in Conc. Trid. ſeſs. 21. cap 9. & ſeſs. 25. in decret. de Indulg. Videatur opus. pag. 109.

Eccleſiam habere poteſtatem concedendi indulgentias eſt certum de fide.

ARTICVLVS II.

An poteſtas concedendi indulgentias ſit poteſtas Ordinis, vel potiùs iuriſdictionis.

Eadē eſt iuriſdictionis.

Reſp. ESſe poteſtatem iuriſdictionis. D. Tho. 4. ſent. d. 20. quæſt. 1. & in ſuplem. ad 3. p. q. 26. art. 2.

ARTICVLVS III.

Quibus competat hæc poteſtas concedendi Indulgentias.

Cui competat de iure diuino; & cui de iure humano.

Reſp. DE iure diuino ſolum Summo Pontifici; de iure verò humano etiam Epiſcopis competit, limitata tamen in terminis, cap. ex eo de pœnit. & remiſſ. & cap. Indulg. eod. tit. in 6.

D. Thom. 4. ſent. diſt. 20. quæſt. 1. art. 4. quæſtiunc. 3. & in ſup. ad 3. p. quæſt. 26. art. 3.

Poteſtas tamen Epiſcoporum in hoc eſt

eſt ordinaria, & ideò poteſt eam alteri delegare, non tamen ſæculari.

Qualis ſit in hoc poteſtas Epiſcoporum?

Videatur opus, ubi habetur explicatio limitationis &c. p. 112.

QVÆSTIO III.

De cauſa materiali indulgentiarum.

Correſpondet q. 27. D. Tho. in ſupl. ad 3. p.

ARTICVLVS I.

Quodnam ſit verum ſubiectum indulgentiarum.

Quodnam ſit indulgẽtiarum ſubiectum.

INdulgentia verè, & propriè ſolum conceditur hominibus, undè licet annectatur rei, vel loco, tamen adhuc conceditur perſonis.

Videatur opus pag. 113.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Quænam conditiones requirantur in ſubiecto, vt ſit capax Indulgentiarum.

Status gratia eſt neceſſarius vt homo ſit capax indulgentiarum.

Reſp. QVod adhoc, vt homo ſit capax indulgentiarum debet eſſe in gratia, vndè infidelis, excommunicatus, & peccator non ſunt capaces Indulgentiarum.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 20. quæſt. 1. art. 5. & in ſupl. 3. p. q. 27. art 1.

In quo actu dictus ſtatus ſit neceſſarius?

Ad hoc tamen, vt exequantur omnia opera iniuncta non ſemper eſt neceſſarius ſtatus gratiæ, ſed ſufficit hic ad ultimum actum.

Videatur opus. pag. 115.

AR-

ARTICVLVS III.

An ad conſequendum effe-ctum indulgentia ſit neceſſaria Con-feſſio?

Reſp. AFfirmatiuè; ſi confeſſio ſit opus iniunctum in conceſſione indulgentiæ; ſi verò non ſit opus iniunctum, tunc ad conſequendam Indulgentiam ſufficit ſtatus gratiæ. pag. 117.

D. Tho. quodlib. 2. art. 16.

Quando ad conſequendam indulgentiam ſit neceſſaria confeſſio.

ARTICVLVS IV.

An neceſſe ſit alia opera in-iuncta adimplere, ut con-ſequatur indul-gentia?

Reſp. AFfirmatiuè; ità & taliter, vt defectum adimpletionis huius operis non excuſet, vel ignorantia inuincibilis, vel impotentia, ſed quælibet omiſſio talis operis im-

In quo rigore alia Opera iniuncta ad cõſequẽdam indulgentiam requirantur.

pediat Indulgentiæ effectum. D. Tho. quodl. 2. a. 16. & in ſup. 3. p. q. 27. a. 3. pag. 119.

ARTICVLVS V.

De Communione prout eſt opus iniunctum in indulgentia?

Commuio, ſi iniungatur quę, & quãdo peragenda ſit.

Reſp. QVod quandò communio eſt opus iniunctum, non ſufficit præhabita, ſed debet fieri tali die, quo iniungitur: nec pariter ſufficit Communio ſacrilega, ſed debet eſſe digna, quantum fieri poteſt. Videatur opus. pag. 121.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS VI.

De viſitatione Eccleſiæ prò vt eſt opus iniunctum.

Reſp. QVod quandò iniungitur ad conſequendam Indulgentiam viſitatio Eccleſiæ, vel Eccleſiarum, tunc illæ debent viſitari, quæ deſignantur & toties, quoties deſignantur. *Quæ Eccleſiæ, & quoties ſi viſitādæ iniungātur.*

De quo plura videas in opere. pag. 122. 123.

ARTICVLVS VII.

De oratione prò vt eſt opus iniunctum.

QVando Oratio eſt opus iniunctum; vel eſt determinata, & tunc debet adimpleri, ſicuti determinatur; vel non eſt definita, & tunc poteſt eſſe mentalis, vel vocalis ad arbitrium, eò longior, quo maior eſt Indulgentia: vndè prò Indulgentia plenaria, ſemper conſu- *Qualitas Orationis, quando eſt iniuncta.*

lendi ſunt fideles, vt longiores, quas poſſunt, orationes faciant.

Videatur opus. pag.124.125.

ARTICVLVS VIII.

De eleemoſina prò vt eſt opus iniunctum.

Poſſit ne quis àlargiẽdo eleemoſinam diſpenſari, quando iſta iniungitur.

Resp. QVod quandò eleemoſina eſt opus iniunctum debet ab omnibus fieri, iuxtà ſupradicta de oratione: ità vt nec ab ipſa diſpenſentur Regulares, nec pauperes &c. iuxtà facultatem &c.

Videatur opus. pag.126.127.

Digitized by Google

ARTICVLVS Vltimus.

De ieiunio prò vt eſt opus iniunctum.

Reſp. QVod quandò ieiunium iniungitur ad conſequendam Indulgentiam tunc debet adimpleri ſecundum qualitatem, & quantitatem iniunctam. Si tamen adeſſet aliquod neceſſarium impedimentum Pontifices concedunt Confeſſariis, vt ieiunium in aliud opus permutent; & tunc debet neceſſariò opus à Confeſſario iniunctum adimpleri, alias non lucrabitur Indulgentia.

Legitimè impotens ad iniunctũ ieiunium, aliud opus prout viſũ erit confeſſario inuiolabiliter implere debet.

Videatur opus pag. 128.

QVÆSTIO IV.

De cauſa formali Indulgentiæ.

Correſpondet art. 2. q. 25. ſupl. ad 3. p. D. Tho.

ARTICVLVS I.

Quænam ſit forma indulgentiæ.

Forma indulgentiæ in quo ſiſtat. Reſp. ESſe verba concedentis, quæ tantum valent, quantum ſonant. D. Tho. in ſupl. ad 3. p. q. 25. art. 2. pag. 129.

ARTICVLVS II.

Vtrum Conceſſio Indulgentiæ, eiuſque forma cenſenda ſit odioſa, vel potiùs fauorabilis?

Quatenus conceſſio indulgentiæ ſit interpretanda. Reſp. QVod abſolutè eſt fauorabilis, & ideò latè explicanda; ſi autem dubitatur an ſit in-di-

Digitized by Google

diſcreta, tunc ſtrictè eſt interpretanda.

Videatur opus pag. 130. 131.

ARTICVLVS III.

Vtrum forma Indulgentiæ tantum valeat, quantum ſonat?

Reſp. AFfirmatiuè; ſi tamen data ſit Claue non errante, ſcilicet, quod adſit iuſta cauſa, & voluntas concedendi &c. nec præſummi debet, quod aliter concedatur, & ideò eius verba prò ut ſonant ſunt accipienda.

Verba Indulgentiæ ſumenda ſunt prout ſonant.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 20. quæſt. 1. art. 3. quæſtiunc. 2. pag. 132.

ARTICVLVS IV.

Quomodò intelligi debeant aliquæ clauſulæ, quæ ponuntur in litteris Indulgentiarum.

CVm hoc ſit longum videatur in opere. pag. 133. 134.

De cæteris clauſulis conſulatur opus magnū.

QVÆ,

QVÆSTIO V.

De Cauſa finali Indulgentiæ.

Correſpondet art. 3. q. 25. D. Tho. in ſupl. ad 3. p.

ARTICVLVS I.

Vtrum ad concedendam Indulgentiam requiratur aliqua cauſa finalis extrinſeca honeſta, & pia, quæ moueat concedentem ad illam concedendam?

Quid requiratur vt indulgentia concedatur prudenter.

Reſp. SIc, ad iuſtè, & prudenter concedendam &c.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 21. quæſt. 1. art. 3. ad 2. pag. 135.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

An Indulgentia ſinè iuſt. cauſa conceſſa, ſit nulla?

Reſp. AFfirmatiuè; & debet eſſe cauſa pia; vndè in vlt. ſeſs. Concil. Conſtant. Pontifex fatetur, ſe non habere poteſtatem concedendi Indulgentiam, niſi ex iuſta cauſa. pag. 135.

Quando cōceſſio indulgentiæ eſſet nulla.

ARTICVLVS III.

An ſit neceſſe, quod cauſa Indulgentiæ ad communem vtilitatem Eccleſiæ pertineat?

Reſp. SIc: loquendo de motiuo formali; motiuum tamen particulare adhûc poteſt eſſe priuata vtilitas, prò vt ordinatur ad bonum commune Eccleſiæ. p. 137.

Cauſa indulgentiæ reſpicit Eccleſiæ vtilitatem iuxtà genus motiui

D.Tho. 4. ſent. d. 20. q. 1. a. 3. quæſtiunc. 2. & in ſupl. ad 3. p. q. 25. a. 2.

AR-

ARTICVLVS IV.

Vtrum huiuſmodi cauſa debeat eſſe proportionata Indulgentiæ?

Inter cauſã indulgentiæ, & ipſã indulgentiã requiritur proportio.

Reſp. SIc: vndè cum motiuum formale Indulgentiarum ſit honor Dei, & vtilitas ſpiritualis Eccleſiæ, debet eſſe proportio inter hæc, & ipſam indulgentiam, quo defficiente non erit cauſa rationabilis, & pia; & ideò indulgentia nulla.

D. Tho. 4. ſent. diſt. 20. q. 1. art. 3. quæſtiunc. 2. & quodlib. 2. art. 16. p. 139.

Digitized by Google

QVÆSTIO VI.

De indulgentijs in particulari, & præcipuè de Iubilæo.

ARTICVLVS I.

De nomine, diuiſione, nec non quidditate Iubilæi.

DEfinitur, Indulgentia plenaria à Summo Pontifice conceſſa viſitantibus certas Eccleſias, ac certa pia opera facientibus cum facultatibus circà abſolutionem à caſibus reſeruatis, & commutationem in votis. *Definitio Iubilæi.*

Duplex aliud dicitur Iubilæum anni Sancti, quod modò quolibet 25. anno à Pontificibus Romæ conceditur ad vtilitatem totius populi Chriſtiani; Alterum verò eſt quædam pleniſſima Indulgentia, quæ cum alijs gratijs, & facultatibus Apoſtolica benignitatė ſæpè ſæpiùs concedi ſolet. *Eius Diuiſio.*

Videatur opus. p. 140.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

De varijs Circumſtantijs Iubilæi anni Sancti.

Explicătur conditiones Iubilæi Anni Sancti.

SEx ſunt conditiones Iubilæi anni Sancti. Prima, inuitatio, & conuocatio omnium fidelium ad almam Vrbem.

Secunda, conceſſio pleniſſimæ Indulgentiæ verè pœnitentibus, & Confeſſis, qui viſitauerint quatuor præcipuas Vrbis Baſilicas 30. vices prò habitantibus Romæ 15. verò prò exteris.

Tertia, eſt præcipere Eccleſiarum Prælatis, vt omnes fideles moneant ad peregrinationem Romæ ſuſcipiendam, & ad alia opera &c.

Quarta, eſt ſuſpenſio omnium Indulgentiarum, & facultatum abſoluendi à caſibus reſeruatis.

Quinta, eſt conceſſio eiuſdem Iubilæi prò Sanctimonialibus &c. Romam venire impeditis.

Sexta, denique prò eiſdem facultas ſibi eligendi Confeſſarium &c.

De his fuſius in opere.

De his omnibus diffuſius videatur opus. p. 141. 142.

A R.

ARTICVLVS III.

De Circumſtantijs Iubilæi communis extrà Annum Sanctum à Sancta Sede concedi ſoliti.

CLauſulæ ſunt. Prima conceſſio Indulgentiæ Plenariæ.

Exponitur circumſtantiæ Iubilæi extrà Annum Sāctū.

Secunda, viſitatio vnius, vel plurium Eccleſiarum.

Tertia, eleemoſina, ieiunium, vel alia opera ſpiritualia facienda:

Quarta, Oratio prò exaltatione Eccleſiæ, hæreſum extirpatione &c.

Quinta, facultas eligendi confeſſorem ab ordinario approbatum.

Sexta, denique poteſtas eidem Confeſſario abſoluendi ab omnibus caſibus etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis; nec non facultas diſpenſandi in aliquibus votis.

De his videatur opus. p. 143. 144.

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

Vtrum Regulares ex vi conceſſionis Iubilæi poſſint ſibi eligere Confeſſarium?

Electio Cōfeſſarii quando Regularibus ſit licita.

Reſp. NOn, niſi ſpetialiter nominentur; aut niſi fiat reuocatio eorum particularium priuilegiorum. pag. 145.

ARTICVLVS V.

De Indulgentia ad inſtar.

Quæ ſit indulgentia ad inſtar.

DEfinitur Indulgentia aliquibus conceſſa ad inſtar, & ſimilitudinem alterius.

Pro hac adeſt Regula Cancellariæ 54. in qua decernitur, quod literæ ſuper indulgentijs non expediantur ad inſtar, niſi ſpecificentur indulgentiæ ad cuius inſtar ſunt perfectæ.

Videatur opus. pag. 147.

AR-

ARTICVLVS VI.

De indulgentia Ple-naria.

INdulgentia plenaria nihil aliud eſt, quam Indulgentia totalis; vndè fert remiſſionem totius pœnæ in foro Dei debitæ prò peccatis commiſſis. pag. 148.

Quæ ſit in-dulgentia Plenaria.

ARTICVLVS VII.

De Indulgentia Par-tiali.

INdulgentia partialis eſt, in qua conceditur Indulgentia prò tot diebus, vel annis; qui non intelliguntur de pœna Purgatorij, ſed pœnitentiæ huius vitæ mortalis. pag. 149.

Quæ ſit in-dulgentia Partialis.

AR-

ARTICVLVS VIII.

De Indulgentia Stationum.

In quo conſiſtat indulgentia Stationum.

DEfinitur Statio, quod ſit ſacer, religioſus, & ſolemnis conuentus ſeu conſiſtentia populi fidelis vtriuſque ſexus ad certam, ſeu in certa, & determinata Eccleſia, ſeu in certo, & determinato die anni, primum à S. Gregorio diſpoſitus, ſeu diſpoſita, & à ſucceſſoribus Pontificibus in perpetuum approbatus, ſeu approbata totius Vrbis praxi, vſque ad hæc tempora accedente, & ſumma deuotione huiuſmodi Stationes celebrante. D. Tho. 4. ſent. d.20. q.1. art.3. quæſtiunc.2.

Plura vide in Opere.

Varias eius Indulgentias vid. in op. pag. 151. 152.

QVÆ

QVÆSTIO VII.

De communicatione Indulgentiarum.

ARTICVLVS I.

Vtrum indulgentiæ conceſſæ vni Eccleſiæ Regularium ex vi communicationis Priuilegiorum competant aliis Eccleſiis regularium habentium Priuilegium communicationis.

Reſp. NOn : quià nomine priuilegiorum non veniunt Indulgentiæ, ſicuti, nec nomine Indultorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, gratiarum, fauorum &c. pag.154.155.

Ex vi cõmunicationis Priuilegiorum non cõmunicantur Indulgētiæ inter Regulares.

AR-

ARTICVLVS II.

Vtrum indulgentiæ conceſſæ regularibus ante Paulum V. ſint revocatæ.

Indulgentiæ Regularibu conceſſæ ante Paulū V. revocantur.

Reſp. AFfirmatiuè; vndè eiuſdem Bul. quæ incipit Romanus Pontifex data 23. Maii 1606. ſtandum eſt in omnibus &c. p.157.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Quinam ſint fauores, quos concedunt Prælati Religionum ſuis familiaribus, & amicis.

Reſp. QVod donant ſuffragia ſuorum ſubditorum, minimè verò Indulgentias concedunt. p.159.

Prælati Religionum ſuis familiaribus ſuffragia tantùm ſuorũ ſubditorum impertiuntur.

ARTICVLVS IV.

An indulgentiam ſibi conceſſam quis poſſit alteri communicare?

Reſp. NOn: poteſt tamen opus proprium quis applicare per intentionem cuicumque voluerit. D.Tho. 4. ſent. diſt. 20. quæſt. 1. art. 5. quæſtiunc. 3. ad 2.

Quis nequit Indulgentiam ſibi conceſſam alteri communicare.

Dummodò tamen hanc facultatem non obtinuerit à Pontifice; quia tunc poterit rediſpenſare, & indulgentias quas recepit, alteri dare; recipiens tamen non poterit ad tertiam perſo-

nam tranſferre, quia huiuſmodi facultas diſpenſandi eſt intranſitiua.

Videatur opus p. 161. &c.

QVÆSTIO VIII.

De indulgentiis pro defunctis.

ARTICVLVS I.

Quid ſit indulgentia pro defunctis.

Deſinitio indulgentiæ pro mortuis

DEſinitur, ſupplicatio, per quam Pontifex offerens de Theſauro Eccleſiæ æquiualentem ſatisfactionem obſecrat Deum, vt illum, pro quo offertur, liberet à pœna. p. 165.

Ex D. Tho. in 4. ſent. diſt. 45. q. 2. art. 3. quæſtiunc. 2.

AR-

ARTICVLVS II.

Vtrum indulgentia pro de-functis habeat effectum infallibiliter, & per modum operis operati?

Reſp. NOn: ſed ſolum ſi placuerit Deo. pag. 167. *Eius effectus conditionatus.*

ARTICVLVS III.

Vtrum Indulgentia prò defunctis poſſit concedi immediatè ipſis, vel ſolum medio aliquo opere viventis?

Reſp. SOlum concedi medio opere viuentis, qui opus iniunctum exequens prò defuncto debet habere intentionem vel formalem, vel virtualem acquirendi Indulgentiam pro defunctis. pag. 169. *Indulgẽtiæ pro Defunctis, quaratione ijſdem concedãtur.*

Digitized by Google

QVÆSTIO
Vltima.

In qua breuiter exponitur Bulla Cruciatæ.

ARTICVLVS I.

Quid ſit Bulla Cruciatæ, & quibus concedatur.

Exponitur ſenſus Bullæ Cruciatæ.

BVlla Cruciatæ eſt quoddam Pontificium diploma, in quo plura priuilegia, & Indulgentiæ conceduntur opem, & auxilium reale, vel perſonale præbentibus Catholico Hiſpaniarum Regi in Bello contrà Turcas mauros & Infideles.

Quibus ſpecialiter ſit conceſſa.

Conceditur omnibus Chriſti fidelibus habitantibus in Regnis Hiſpaniarum, & Inſulis adiacentibus, ac in Regnis Siciliæ, & Sardiniæ.

Videatur opus pag. 171.

AR,

ARTICVLVS II.

De gratiis, & Priuilegiis in Bulla ſupradicta conceſſis.

COnceditur Indulgentia plenaria quatuor Generibus perſonarum ſcillicet illis, qui ad bellum pergunt, his qui alios mitunt: his, qui miſſi ſunt, & his qui in exercitu miniſtrant, etiamſi ſint Regulares.

Eiuſdẽ gratiæ, & priuilegia quibus generibus Perſonarum concedantur.

Multa alia videas in op. p. 173. 174.

AR.

ARTICVLVS III.

In quo plura adnotantur, animaduerſione digna circà ſupradicta.

Quinque enumerantur Priuilegia Bullæ.

MVlta ſunt priuilegia hanc bullam concernentia.

Primum, eſt facultas eligendi ſibi Confeſſarium.

Secundum, de abſolutione peccatorum Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum.

Tertium, de reſeruatis in Bulla Cœnæ.

Quartum, Indulgentia plenaria ſemel in vita, & ſemel in morte.

Quintum, de abſolutione à peccatis, & Cenſuris non reſeruatis Sedi Apoſtolicæ.

De his omnibus plura videas in opere, ſicuti de ſatisfactione, & de exceptis in Bulla. p. 175. 176. &c.

AR-

ARTICVLVS Vltimus.

In quo alia priuilegia expenduntur hanc Bullam concernentia.

Alia item priuilegia hanc Bullã reſpicientia

QVi bis in anno Bullam Cruciatæ acceperint, bis etiam gaudent priuilegiis dictæ Bullæ.

Commiſſarius Generalis Cruciatæ publicans Bullam poteſt durante anno Publicationis Indulgentias ſuſpendere &c. Quæ autem tunc ſint ſuſpenſæ videas in opere. pag. 181.

Atque hæc de Tertio Tom.

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

In quo plura adnotantur animaduerſione digna circà ſupradicta.

Quinque enumerantur Priuile*gia Bullæ.*

MVlta ſunt priuilegia hanc bullam concernentia.

Primum, eſt facultas eligendi ſibi Confeſſarium.

Secundum, de abſolutione peccatorum Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum.

Tertium, de reſeruatis in Bulla Cœnæ.

Quartum, Indulgentia plenaria ſemel in vita, & ſemel in morte.

Quintum, de abſolutione à peccatis, & Cenſuris non reſeruatis Sedi Apoſtolicæ.

De his omnibus plura videas in opere, ſicuti de ſatisfactione, & de exceptis in Bulla. p.175.176.&c.

Digitized by Google

ARTICVLVS

Vltimus.

In quo alia priuilegia expenduntur hanc Bullam concernentia.

QVi bis in anno Bullam Cruciatæ acceperint, bis etiam gaudent priuilegiis dictæ Bullæ. *Alia item priuilegia hanc Bullã reſpicientia*

Commiſſarius Generalis Cruciatæ publicans Bullam poteſt durante anno Publicationis Indulgentias ſuſpendere &c. Quæ autem tunc ſint ſuſpenſæ videas in opere. pag. 181.

Atque hæc de Tertio Tom.

Digitized by Google

Errata | *Correcta in Tom. III.*

Errata	Correcta	
Deriuet	*Deriuetur*	pag. 9.
Iudici	Iudicis	pag. 50.
Iudiciales	Iudicialis	pag. 54.
ex delicto & ex defectu		pag. 63.
quod	quando	pag. 72.

Digitized by Google